BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 67r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



alkali, ana ʒ. iij arsenici ʒ. j mellis ana
cardini ʒ. ij. que omnia simul mixta iterum
ponatur ad buliendum, parum tamen faciendo
ignem Et statim totum congelabit, et effi
cietur ruptorium optimum Et non debet
conseruari nisi in vase vitreo stricti orificij
et bene obturetur, Et debet ebulire in vase
vitreo vel de ramo uel ferro ¶ Hoc em
plastrum fortiter attrahit et in tribus horis
vlcerat Re pulpe fermenti ℥. iiij puluer
sinapis eruce. ana ℥. s. vitrioli. ʒ. ij can
taridorum. x. numero. confice cum melle, nam for
titer attrahit, et in tribus horis vlcerat
Item solet apponi capitellus ex calce viua
sapone et sputo hominis Item radices narcisci
buliant cum oleo de lilio et melle, et
fiat emplastrum Item fortius, recipiantur
cantarides et terantur, et recipiantur omnino ve
teres et decoquantur super prunas donec con
densentur, deinde terantur cum melle anacar
dino et stercore columbino, et emplastrentur
¶ Emplastrum ad attrahendum et resoluendum
et dolorem mitigandum Re ex radice narcisci
decocta in oleo violaceo et postea contrita
et mixta cum melle, dixit Rasis. 13°. continentis
suppone membro illud. quod mitigat dolorem
scilicet lanam infusam in oleo communi, nullo mixto
in eo sale Et princeps dicit, quandoque dolor est
fortis, tunc necessarium est ut sedes ipsum cum

Emplastrum attrahens et vlcerans

Emplastrum attrahens et resoluens

65

67